

Genesis.

26

et ponam oculos meos super illum. Zugessimus tibi domino meo: et non potest puer relinquere patrem suum. Si enim illum dimiserit morietur. Et dixisti seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum non videbitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum: narrauimus ei omnia que locutus est dominus meus. Et dixit pater noster. Reuertimini: et emite nobis parum tritici. Cui diximus: Non possumus ire. Si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin in loco absente non audeamus videre faciem viri. At ille respondit. Vos scitis quod duos genuerit mihi vxor mea. Egredius est vnus: et dixistis: bestia deuorauit eum: et buculus non compareret. Si tuleritis et istum: et aliquid ei in via contigerit: deducetis canos meos cum merore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum: et puer defuerit: cum anima illius et huius anima dependeat veritas eum non esse nobiscum morietur: et deducet famuli tui canos eius: cum dolore ad inferos. Ego proprie seruus tuus sum: qui in meam hunc recepi fidem: et spondeo dicens: Nisi reduxero eum: peccati reus ero in patre omni tempore. Vanebo itaque seruus tuus pro puero in misterio domini mei: et puer ascendet cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem: absente puero: ne calamitatis que oppressura est patrem meum testis assistam. XLV

Non se poterat ultra cohibere ioseph multis coram astantibus: unde precepit ut egredierentur cuncti foras: et nullus interesset alienus agnitioni mutue. Eleuauitque vocem cum fletu: quam audierunt egyptii: omnisque domus pharaonis: et dixit fratribus suis: Ego sum ioseph: Adhuc patet me? viuit? Non poterant uideri fra-

tres: nimio terrore pteriti. Ad quos ille clementer: accedite inquit ad me. Et cum accessissent prope: ego sum ait ioseph frater vester quem vendidistis in egyptum: Nolite pauere: neque vobis durum esse videat quod vendidistis me in his regionibus. Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in egyptum. Biennium est enim quod cepit fames in terra esse: et adhuc quinque anni restant quibus nec arari poterit nec meti. Premisitque me deus ut reseruemini super terram: et escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio sed dei voluntate huc missus sum qui fecit me quasi patrem pharaonis: et dominum vniuersae domus eius ac principem in omni terra egypti. Festinate et ascendite ad patrem meum: et dicitis ei: Hec mandat filius tuus ioseph: Deus fecit me dominum vniuersae terre egypti. Descende ad me: ne moreris: et habitabis in terra iessen. Et quis iuxta me erit: et filij tui: et filij filiorum tuorum: oues tue et armenta tua: et vniuersa que possides: ibique repascam. Adhuc enim quinque anni residui sunt famis: ne et tu pereas: et omnis domus tua: et omnia que possides. Et oculi vestri et oculi fratris mei beniamin vident quod os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam: et cuncta que vidistis in egypto. Festinate et adducite eum ad me. Cumque amplexatus recidisset in collo beniamin fratris sui: fleuit: illo quoque similiter flere super collo eius. Disculatusque est ioseph omnes fratres suos: et plorauit super singulos. Postquam autem fuit loqui ad eum: Audistisque est et celebri sermone vulgatum in aula regis: venerunt fratres ioseph. Et gaudius est pharaon atque omnis familia eius. Dixitque ad ioseph ut iparet fratribus suis dicens: Onerate iumenta: ite in terram chanaan: et tollite inde patrem vestrum et cognationem: et venite ad me: et ego dabo vobis omnia bona egypti: ut comedatis medullam.

Dij